

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Sortilegium et diuinatio i
cum uariis

Non exemplo Mathie, uel quod Ionas propheta sorte deprehensus sit, indifferenter sortibus est credendum, cum priuilegia singulorum communem legem omnino facere non possint. Si qui tamen necessitate aliqua compulsi Deum putant sortibus apostolorum exemplo esse consulendum, uideant hoc ipsos apostolos non nisi collecto fratrum cetu, et precibus ad Deum fusis egisse.

Beda super Actus apostolorum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

sit] fit L²; possint] possunt B C P V¹ V² L¹ L²; putant] Deum *add. (del. intra)* B; hoc] hec B; cetu et precibus] ceturum et fratribus M